



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

3. Virtutes quæ Sodales maximè decent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

PARS TERTIA.

Virtutes quæ Sodales, maximeq; adolescentes decent.

ANTE omnia se offert Dei Timor, *1. Timor Dei.*
 non tam virtus, quam virtutum omnium fons, & principium. Initium enim sapientiæ, ait David, Timor Domini. Quam sit hic omnibus necessarius, innumeris propè locis sacra Scriptura docet. Si non, inquit Sapiens, in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Timor autem hic duplex est; Seruilis, pœnæ scilicet, ideoque imperfectus, & aliquando desiturus, & Filialis, culpæ nimirum, perfectus, & perperuus. Priorem excitât tria potissimè. Vindicta quam exercuit Deus etiam in hoc mundo in peccatores: Meditatio mortis & iudicij, & considerata pœnarum gehennæ æternitas. Filialem tria similiter animæ ingenerant; admirabilis Dei potestas, & imperium in omnes & singulos homines, ipsorumque penitiores conceptus & cogitationes; inæstimabilis pretij gratiæ Dei vera cognitio, à qua excidere supra res mundi omnes extimescere debemus. Verum enim est illud B. Thomæ pronunciatum; bonum gratiæ vnus maius est quam bonum naturæ totius vniuersi: Postremò, peccati

cati horror, & deformitas, & quod nihil magis eo oderit Deus, cuius vel umbram in filio suo vnigenito animaduersam Pater æternus, ad ipsam vsque Filij eiusdem sui dilectissimi mortem persecutus est. Odium id peccati agnoscens. Dauid; Mane, inquit, adstabo tibi & videbo, quoniã non Deus volens iniquitatem tu es.

Psalm. 5.

*2. Humili-
tas.*

Ex hoc Dei timore nascitur summa in hominibus cura bonæ conscientiæ, sui cognitio, ipsaque virtutum omnium origo & custos humilitas: ad quam via, teste D. Bernardo est humiliatio, & depressio. Unde qui non potest humiliari, non poterit vnquam ad humilitatem prouehi. Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxij, tertij iusti. Qui autem dicere potest, Bonũ mihi Domine, quia humiliasti me, is verè humilis est. Non potest id dicere qui inuitus tolerat, multò minus qui murmurat. Hæc sanctus vir omnia.

*Serm. 34.
in Cant.*

*3. Obedien-
tia.*

6. 3. p. 3.

Humilitatem sequitur Obedientia, ipsius Princeps filia, de qua superius aliquid diximus. Vnicam tantum veri obedientis descriptionem ex D. Bernard. adijciemus. Verus obediens, ait, mandatum non procrastinat, sed statim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum intus colligit, vt mandatum

datum peragat imperantis; neque attendit quale sit, quod præcipitur, sed hoc solo contentus est, quia præcipitur.

Obedientiam comitatur Patientia, altera humilitatis filia, ad quam egregia est B. Augustini exhortatio. Fili, si ploras, noli cum indignatione, noli cum typho superbiæ. Vnde plangis? Quod pateris medicina est, non pœna; castigatio, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hæreditate; noli attendere quam pœnã habeas in flagello, sed quem locum in testamento.

Superiores sequitur Sobrietas, corporis tutela, pudicitia munimentum, magistra ingeniorum, vitiorum profuga, virtutum omnium singulare subsidium.

Sobrietatem consequitur Castitas; cuius pulcherrimæ virtutis conseruandę studio, innumeri vtriusque sexus viri & feminae, pueri & puellæ non modò corporis voluptates mundi que delicias auersati sunt, sed etiam familiæ, generis que propagationem, quæ tanti apud homines ducitur; immò vitam ipsam, qua nihil cariùs homini, contempserunt, immò leonibus, flammis, gladiis, horrendisque cruciatibus non libenter tantùm, sed alacriter etiam obiecerunt. Castitatem autem sex conseruant, ait Cassiodorus, Sobrietatem.

4. Patientia.

Super Psal.

99.

5. Sobrietas.

6. Castitas.

Super Psal-
mos.

tas, operatio, asperitas cultus, inhibitiō seu suum, raritas sermonis, euitatio opportunitatis, personæ, loci, & temporis. Eandem iuuant, & augent Oratio, Meditatio nouissimorum, cultus B. Virginis, Mortificatio interior cogitationum & affectionum, Mortificatio externa corporis, asperaque ipsius tractatio per ieiunia, vigiliis, cilicia, verbera, &c. & frequens Sacramentorum vsus.

7. Mansuetudo.

Maximè illustrat, & hominibus gratos efficit omnes sui studiosos Mansuetudo. Mansueti autem siue mites sunt, ait B. August. qui cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed vincunt in bono malo. Et B. Hieronymus: Mitis est, quæ non rancor, vel ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet, non irritat, nec irritatur, nõ nocet, nec nocere cogitat.

8. Caritas.

lib. de laude caritatis.

Has perficit omnes Caritas Dei & proximi, quæ vniuersæ legis est plenitudo; in qua commendanda totus est Christus; S. Ioannes Euangelista, S. Paulus, cæterique Euāgelistæ, Apostoli, Doctores. Sola enim est, ait B. Augustinus, quæ vincit omnia, & quæ vbicunque fuerit, trahit ad se omnia. Scientia si sola, inflat, quia verò caritas ædificat, scientiam non permittit inflari. Non numerositas operum, non diuturnitas temporum, sed maior caritas, meliorque

liorque voluntas auget meritum. In caritate pauper est diues, sine caritate omnis diues est pauper. Hæc omnia B. Augustin⁹. Videant ex his quàm cæci, & amætes, infaniqu; sint, qui caritatē Dei vel proximi tam facile lædunt, lacerant, violant.

Omnes has virtutes ornat, & decorat *9. Modestia.*
 Modestia, vox quædam corporis & animi *1. Offic. 12.*
 motus, ait beatus Ambrosius, & ex motibus externis homo cordis nostri absconditus aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contrà grauior, & constantior, & purior, & maturior estimatur. Immodestia malā naturam indicat, naturā bonam corrumpit. Adolescentes autem maximè decet & ornat modestia, quibus, etiamsi pauperes & abiectæ conditionis sint, plurimum ornamentum accedit ex benè compositis moribus. Contra quoscunque etiam diuites & nobiles deformant argumenta omnia immodesti, & incompositi animi, qualia sunt contentiones, maledicta, conuitia, responsationes aduersus imperata maiorum, iniuriæ in alios irrogatæ, arrogantia, contumacia, quæ omnia modestiæ cōtraria B. Paulus dicit. Maximè autem omniū modestiæ aduersantur verba, aut gestus turpes, quos inter turpissimus, & modestiæ inimicissimus, ludus desultorius, siue saltatio, viua imago leuitatis. *Vbā*

salta.

salatio (ait B. Chrysoſt.) *ibi diabolus*. In veſti-
tu denique non minus neceſſaria eſt ado-
leſcentibus modeſtia . Nam S. Hierony-
mus iuvenes nimium ornatos, comptoſq;
peſtes vocat, & venena pudicitia. Quòdſi
periculum tale in veſtium cultu tibi non
adſit, perpetuum certè eſt , vt peccatum
adſit inanis gloriae, ſine qua S. Gregorius
delicatas, & ſumptuoſas veſtes nunquam
eſſe confirmat.

*Homil. 40.
in Euang.*

*10. Conſtan-
tia & Per-
ſeuerantia.*

Has omnes coronat Conſtantia, ip-
ſiusque, teſte D. Bernar. filia perſeuerantia.
Sicut enim vè his dicit Scriptura, qui per-
diderunt ſuſtinentiã, ita beatus à Domino
dicitur, qui perſeuerauerit vſque in finem.

*lib. 1. moral.
c. vlt.*

Ad furiã.

*Inceſſum ergo bonum agitur, ait D. Gregorius, ſi
ante vitæ terminum deſeritur. Et B. Hieron.
Non queruntur in Chriſtianiſ initia, ſed fini; nõ
inchoaſſe, ſed perfeciſſe virtus eſt.*

Danda igitur enixè Sodalibus opera,
vt in bono, quòd per Dei gratiam inchoã-
runt, ac in pietatis exercitiis, quæ in hac
Congregatione ſuſceperunt , conſtanter
vſque ad finem perſeuerent.

Prou. 8.

Qui mollis, & diſſolutus eſt in opere
ſuo, ait Sapiens, frater eſt ſua opera diſſi-
pantis. Molles ſunt ac flaccidi, qui ad pri-
mam tentationem ſuccumbunt, qui quam-
cunque in partem à prauis Sodalibus trahi
ſe ſinunt, quos ſtatim laborum tædet, qui
mini-

minimo negotio à bono proposito desiliunt, quid denique manum mittentes ad aratrū, statim respiciūt retrò; ac propterea, teste Deo ipso & iudice summo, apti non *Luc. 9.* sunt regno Dei.

Quapropter qui perseuerare vult in finem, opus in primis habet animo alacri, generoso, constanti in Dei timore, cultu, & obsequio, ac bonis operibus exercitato, & assuefacto, qui vim sibi nonnūquam afferat, qui nec impiorū improperiis, nec multitudine peccantium, nec dæmonū fremitibus, nec mundi, carnisque blanditiis, nec denique molestiis, ac difficultatibus vllis fatigatus, acceptum semel sanctæ vitæ propositum deserat; obiiciatque illud Saluatoris oculis suis perpetuò, Regnum cælorum vim patitur, & violenti (non molles, non dissoluti, non inconstantes) rapiunt illud. Deinde vtile ac necessariū est, vt quo propiūs ad metam accedit, eo cursum intendat magis, nunquā verò remittat, ne fortassis in tam propinqua victoria alius brauium auferat. Hinc B. Franciscus post *In vita ei,* stigmata dominicæ Crucis in corpore accepta, post multorum annorum labores *C. 14.* maximos, paulò ante mortem dicebat fratribus; Incipiamus, fratres, seruire Domino Deo nostro, quia vsque nunc parū profecimus.

PARS